

Andreas Daniel Habichhorst


**Grammatices Ebraeae Wasmutianae Prolixioris pariter ac pretiosioris
Compendium Plenum, In gratiam Auditorum Amicorumq[ue] Suorum Hebraeo-
Philorum, Tam praesentium quam futurorum, ... facilius & felicius informandorum
fideliter adornatum ab Andr. Dan. Habichhorstio, S. Th. Doctore eiusdemq[ue]
Profess. Publ.**

Editio Secunda, Rostochi[i]: Richelius, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730652289>

Druck Freier  Zugang







Nb. dass bey C (y. 16-32)
ist manſchlich bey G (y 81-96)
eingebunden, der muſſen aus loco
noch einmal folgt, ſo bey C
ganz fehlt!

Der ſich fehlende Lagen findet
ſich in dem zweyten Theil
N^o 394, dem winterlichen Titel
und Widmung fehlt.

Mk-7763.^{1.2.}

~~3216~~





GRAMMATICES
EBRÆÆ
WASMUTIANÆ

Prolixioris pariter ac pretiosioris
COMPENDIUM PLENUM,

In gratiam

AUDITORUM AMICORUMq; SUORUM

HEBRÆO-PHILORUM,

Tam præsentium quàm futurorum,

בעורר יורה

faciliùs & feliciùs informandorum

fideliter adornatum


ab

ANDR. DAN. HABICHHORSTIO,

S. TH. DOCTORE ejusdemq; PROFESS.

PUBL.

Editio Secunda.



ROSTOCHI,

Typis Jacobi Richelii, Ampliff. Sen. Typogr.

Anno M. DC. XCI.

COMMUNES
ERRATA
W. AMBROSII
PROLOGUS
COMPENDIUM
ADYTOZUM AMBROSII
HABITUS
Iam periculum est
Fideliter adnotatum
Andr. Dan. HARRISBORSTIO
S. M. Doctoris ejusdem
Par.
Hans
Rostock
Jacobi Reichel
anno M. DC. CC.

יָוֵה
COMPENDII GRAMMATICES
EBRÆÆ

Cap. 1.
De Elementis Lingua Ebrae
 nempe

1. Literis, 2. punctis vocalibus 3. harumque ministro Schva, 4. Dagesch 5. Syllaba 6. Accentu 7. discrimine תָּ Kametz-Chatuph à cognatis figuris.

SECT. I. exhibens LITERAS XXII.

א	Aleph	ט	t	ת	Teth	פ	ph	פ	Pe
ב	Beth	י	j	י	Jod.	צ	ts	צ	Tzade
ג	Gimel	כ	ch	כ	Caph	ק	k	ק	Koph
ד	Daleth	ל	l	ל	Lameil	ר	r	ר	Resch
ה	He	מ	m	מ	Mem	ש	sch.	ש	Schiz
ו	Van	נ	n	נ	Nun	שׁ	f. len.	שׁ	Sim
ז	Sajin	ס	f. acut.	ס	Samech.	ת	th	ת	Thas
ח	Cheth.	ע		ע	Ajin				

Aliis Hheth.

Not. 1. א Spiritus lenis sumit sonum adscriptæ vocalis. ב Spiritus asperrimus nobis אָפּוּרֵי, sumit etiam vulgo sonum adscriptæ vocalis.

2. Literæ hæ 5. כַּמֶּנֶפֶז *Camnephez* in fine sic scribuntur: חַפְזִים. Hæ vero sic dilatari possunt חַפְזִים.

3. Rat. organorum pronunciandi literæ sunt
A 2
Gutt.

Gutt. אהחמ qvarum æmula ל Lab. כוּטף
 Dent. זסצרש Ling. הטלנת Palat. גיכק.

SECT. II. *sistens VOCALES.*

Long. Kametz	Tfere	Chirek longum	Cholem	Schurek
τ a	⋯ e	י i	ו o	ו u
Brev. Patach.	Segol	Chirek breve	K. Chat.	Kübbuz
- a	⋯ e	. i	τ (τ) o	⋯ ü, y.

Not. י & ו sæpe abjiciunt fulcrum י & ו

SECT. III. *proponens SCHVA,*

Vocalem impropiam s. brevissimam, re-
 etiùs vocalium Ministrum.

Schva est vel Simplex, hujus figura (:) vel com-
 positum, sc. *Chatepb patach* = *Chatepb segol* =
Chatepb Kametz τ =

REG. I, de LECTIONE τ & SCHVA.

Membr. 1. *Schva mobile est*, quod quodam-
 modo legitur cum sequenti litera, ab in-
 itio & post vocalem longam, nisi in-
 tercedat immediatè tonus vocis : tunc
 enim fit quiescens.

M. 2. *Schva quiescens est* quod planè non le-
 gitur, pertinens ad præced. literam, post
 vocalem parvam, sine intercedente metbeg,
 aut dagefcb forti, five expresso s. subin-
 telledo : tunc enim etiam post voc.
 parvam fit mobile.

REG.

REG. II. DE NATIVA SEDE טֻּ SCHVA.

M. 1. *Omnis litera mobilis, vocali destituta, habet Schva vel expressum sub prima & mediis literis, vel subintellectum sub ultima.*

Not. 1. Pro subintellecto Schva ultimæ literæ, gutturales םװ post vocalem longam (præter ן) & post brevem ן vicariū טֻּ ן sumunt patach furtivum, ante conson. celeriter pronunciandū, quod sæpè rejectum ad præced. literam extrudit ejus vocalem (װ) vel ן. (2) exprimitur (װ) subintellectum in ן fin. item si penult. quoque litera habuerit (װ) expressum. Propriori tamen (װ) sub ן vel װ post vocalem parvam tunc venit patach furtivū.

M. 2. 4. *Litera 4. ןװ vocali destituta quiescunt in præced. vocali, non admittentes Schva, unde quiescentes dictæ.*

R. III.

DE CONCURSU SCHVAJIM SIMPLICIUM sub literis non Gutturalibus.

M. 1. *Cum duo Schvajim in eadem Syllaba concurrunt, prius mobile mutatur in Chirek parvum.*

Exc. Pro illo Chirek sumitur (װ) Patach, tum ante ן sub radicali, tum in poly-

A 3

syllabis

syllabis in D , tum in 21. vocibus (2) Segol in 7. vocibus. conf. Gram. Wasm. M. 2. Posteriori Schva pereunte, prius redit (sc. cessante concursu Schvajim, tanquã causã.)

REG. IV. DE SHVAJIM COMPOSITORUM
CUM SIMPLICI CONCURRENTIUM
CONCISIONE.

Omne Schva compositum sequente (:) simpl. (sive expresso in medio, s. subintell. infine) conciditur, ita ut è composito iterum abjiciatur vel (:) vel alterum punctũ compositionis primarium, manente nihilominus sub præced. lit. puncto primario (vocali parva) à gutturali eò pro |(:) vel Chirek substituto.

Reg. V. De Schvajim compos. contractione.
Schva Compositum sub & Radicali (nonnunquam excidente) cum præced. vocali parva (signo compositionis) saepe contrahitur, & quidem cum præced. in - sed - cum - in - frequenter etiam in - rarius in -

SEC. V. sistens DAGESCH & MAPPK.
Dagesch punctum ventri literæ impressum est vel lenè vel forte.

Mappik

Mappik soli literæ ה in 'fine impressum;
docet eam genuino suo fono efferendam,
quæ sine eo quiesceret per R. 2. m. 2.

R. VI. De DAGESCH LENI.

Dagesch lene imprimitur sex tantum literis
בגדכפח *bgadcpbath*, post *Schva* (*nisi*
stet ab initio,) tollens ab illis aspirationem,
quod fit vel

M. 1. *Ab initio vocis, & quidem extra con-*
textum perpetuò, intra contextum cer-
tis conditionibus, quas vid. ap. W.

M. 2. *In medio vocis post (:) quiescens.*

Exc. Non ponitur Dagesch lene post (:) quiescens (1.) si (:) quiescat ob præfixum servile extra essentiale, (2.) lit. כ affixorum ה: קם: קן: semper caret Dagesch. Reliqua vid. ap. W.

M. 3. *In fine vocis itidem post (:) quiescens, vel post (-) furtivum vicarium ו' (:) sub gutt. in fine, conf. R. 2. m. 1.*

REG. VII. DE DAGESCH FORTI.

M. 1. *Dagesch forte omnibus literis, exceptis gutturalibus אהחע ו' ר gutt. emulà, imprimitur post vocalem, geminans pronunciationem literarum, estq; vel Characteristicum vel Compensativum vel Euphonicum.*

Not. frequenter è litera Schvata præcipuè
Jod Schvato, compensante id Metheg
vel expresso vel subintellecto, ejicitur.

M. 1. ordinariè tantùm post vocalem brevem
literis imprimitur; Si verò obtingat post
longam, corripitur ista in oppositam
brevem (sc. ך in - & ך in ך chatuph vel
ך, ך in Chirek vel ך, ך in ך) si amiserit
accentum; aut manet vocalis longa, si
retinere possit accentum.

M. 3. Quoties analogia formationis requirit
Dagesch forte gutturalibus ם & ן imprimen-
dum, ordinariè ad compensationem exclusi
Dagesch mutantur vocales breves in opp.
longas; aut si maneant aliquando bre-
ves, valent tamen longas.

Nota, quasdam gutturales, e. c. ן & ן
frequentius, ן vero & ן rarius com-
pensare. vid. W.

M. 4. Dagesch interdum literis euphoniae gra-
tia imprimitur, vel in med. vel ab init.
vid. W.

SECT. V. exhibens SYLLABAM.

REG. VIII. DE SYLLABA SIMPL. ET COM-
POSITA.

M. 1. Syllaba composita est, quæ constat una
quidem vocali, ordinariè brevi, sed duabus
vel

vel pluribus literis, attrahitq̄, sequentem
literam aut per dag. f. aut per (:) quiesc.

M. 2. Syll. Simplex est quæ constat unâ literâ
& una vocali ordinariè longa, nisi in fine,
& intercedente immediatè accentu to-
nico, vel præcedente (:) mobili, & tunc
vocales longæ attrahentes interdum
seqv. literam per dag. forte aut (:) quiesc.
stant pro brevibus, præterquam in fine.

Not. Lit. gutt. quæ dagesch f. per R. 7. & (:)
simplex per R. 29. respuunt, anomali-
am in constituenda syllaba composita
pariunt.

SECT. VI. sistens ACCENTUS,

qui sunt vel Tonicæ vel Euphonici.

Circa Tonicum, (A) ratione usus distinctivi &
conjunctivi notandū, quod distinctivi sint
(α) Imperatores duo: Silluk (י) cum duo-
bus punctis (:) Soph Pasuk h.e. finis versus,
& Athnach (א) ille supremus, hic vicarius,
dicti communiter Pausæ. (β) Reges 5.
Sgolta ÷ Sakepbkaton ÷ & alternans
Sakepb Gadol ÷ Tiphcha ÷ & in metri-
cis libris Merca Mahpachatus ÷ (γ) Du-
ces 8. Ribbia ÷ &c. (δ) Comites 6. II. Con-
junctivi, servi 7. Merca ÷ Munach ÷ Mah-
pach ÷ &c. vid. W. qui possunt fieri Lega-
ti subdistingentes. (B)

(B) *Ratione usus Etymologici* circa Acc. Tonicum observanda est 1. *Sedes nativa*, 2. *translocatio* &c. de quibus seqq. Regg.

REG. IX. DE ACCENTUS TONICI SEDE NATIVA.

M. 1. *Qualibet dictio ordinariè unicum habet Accentum Tonicum, qui eam acuit, vel in ultima, & dicitur Milrá, vel in penult. & dicitur Milel: nunquam in antepenultima. Verùm Schva sive simpl. sive comp. nunquam sustinet accentum.*

N. 1. si duo diversi adsint Acc. prior saltem est vice - Euphonicus. 2. octo Acc. partim postpositivi dicti, partim præpositivi per se non acunt &c. 3. quidam geminantur. vid. W.

M. 2. *Accentus è regulari sua natura ultimam occupat Syllabam, hinc voce à fine crescente, accentus regulariter ad incrementum illud descendit, corripiendo communiter præcedentes vocales longas in oppositas breves, vel utrasque in Schva.*

Exc, Accentum non dimittunt ad ult. (1.) desinentia in fervilia פֿ vel פֿה, פֿ, פֿי (verbale) פֿי, פֿה, פֿ (non פֿ:) פֿי, פֿה, פֿ (2.) הֿ locale & paragogicum, de quo R. 16. conf. hic W.

M. 3.

M. 3. Vocis in literam Raicalem terminate
(α) *vocalis longior habet accentum, nisi*
fit ipsa Radix, vel terminetur in ך, ם,
vel brevis vocalis alternet pro longa per
R. 7. & 44. (tunc enim vocales sunt
æquales,) Milel quoque est vox Selab.
(β) *Cum Vocales sunt æquales, accentus co-*
mitatur ultimam.

Exc. Penacuta sunt (α) desinentia in
׃, ם, ם, ם, ם - nisi tamen brevis vocalis al-
ternet pro longa (β) Nomina finita in
ך (γ) ך׃ cum dag.

REG. X. DE ACC. TONICI TRANSLOCA-
TIONE,

Et vocalium ob quamq̄ ejus sedem mutatione.

M. 1. MUTANTUR vocales breves in Longas
ob sedem nativam majoris distinctionis ac-
centus (Imperatorum plerumque, Re-
gum & Ducis Rbhia sæpe, reliquorum
minorum rarius) scil. - ult. & penult.
syllabæ in ך & ם penultimum è geminis
vel ex ם in ך.

Excepta quædam vide hic ap. W.

M. 2. RETRAHITUR accentus

(I.) *Conjunctivus ex ult. in penult. (vocali*
longa notatam) ob subsequenter vocem

110130-

monosyll. aut bisyll. penacutam (ad evitan-
dam *דוֹשְׁפּוֹרְיָא*) ita ut (·) ult. syll. in [·] &
י in [·] chatuph corripiantur. Excepta
vid. ap. W.

(2.) *Conjunctivus*, ut & interdum minoris
dist. ob *particulam* לֹא (ne, non, ob) &
י *conversivum Futuri*, *terminati in lit.*
radicalem mobilem, *quam immediate*
duæ precedunt vocales longæ, quarum
posterior tunc itidem in analogam bre-
vem corripitur, .. in [·] & י vel י alternans
in [·] chatuph.

(3.) *Majoris distinctionis*, Imperatores ple-
rumque, Reges & Dux Rbhia sæpe, mi-
noris dist. & servus munach rarius, *Eu-*
phonia gratiâ.

(a) *in verbis terminatis in servilia* י. י & י.
precedente (:) quod (:) tunc simul (quia
sustinere accentum nequit) in vocalem
redit illam, è qua ortum, (-) tunc ple-
rumque rursus producto in [·] juxta
præced. M. I.

(β) *In vocibus formæ* יִרְיָ & affixo י: in qui-
bus tunc (:) mobile in (·) mutatur. Schva
compositum in hac forma, accentu re-
tracto, redit in vocalem perfectam,
· in י, · vel · in · Exc. vide ap. W.

(7)

(γ) In affixo ׀: cum particulis כ, ל, את, עם,
transposito tunc (:), cum ׀ (ad sustinen-
dum acc.)

(δ) In affixis ׀ & ׀, tunc ׀ correpto in (:)

(ε) In affixo ׀. tunc ׀ in ׀

(ζ) In 3. vocibus : עַתָּה אַתָּה אֲנִי

*M. 3. TRAFICITUR Acc. conjunct. Et minoris
dist. è penult. in ult. ob ׀ conversivum præ-
teriti, in personis præteriti penacutis
(præter prim. plur.) &c. vid. W.*

*M. 4. AUFFERUNTUR Accentus per lineo-
lam Maccaph (-) corripiendo itidem
ante consonam mobilem in fine vocis
׀ in ׀ & ׀ vel alternans ׀ in ׀ chatuph.
Sed in præter. piel ׀ ante maccaph in (-)
Exc. vid. ap. W.*

Sed Nomina propria aliqn. ab his Regg.
abeunt.

REG. XI, DE ACC. EUPHONICO.

*Euphonicus Tónico præmissus, Syllabam suam
decorè suspendit ac dicitur Metbeg, recta-
que virgulâ notatur sub litera, aliqn. sub-
intelligitur : aliqn. duo dantur in ea-
dem voce, vid. W.*

REG.

REG. XII. DE - CHATUPH DISCERNENDO.

Figura (ֿ) notat Kametz chatuph (non - longum neqve chateph Kametz)

1. In Syllaba composita sine accentu q̄vovis, s. Ton. s. Euphonico.
2. Quoties in fine vocis ante consonam mobilem existens accentum amisit; per R. præced. m. 2. n. 2. & m. 4.

CAP. II.

DE ETYMOLOGIA VOCIS

sc. Nominis, Pronominis, Verbi
& Particule.

SECTIO I.

LITERAS RADICALES AC SERVILES, EARUMQUE PUNCTA
in genere sistens.

REG. XIII.

DE LITERIS RADICAL. ET SERVIL. IN
GENERE.

Ratione Etymologia vox est (א) vel primigenia
s. Radix ipsa, sc. 3. persona præteriti Kal,
& tribus communiter constat literis,
aut

aut si pluribus, ad tres tamen reducitur :
 vel *derivata*, quæ fit à Radice vel *sola vo-*
calium mutatione, vel *literarum servilium*
adjectione, modò à principio, modò in
 medio, modò à fine, modò ubivis,
 suntqve numero XI, comprehensæ his
 vocibus mnemonicis : מִשָּׁה וְכֹלֵב אֶתֵּן
 Dictæ verò serviles, non quod semper
 ferviant (& nunquam sint radicales) sed
 quod fervire possint.

(β) Utraque est vel *perfecta*, in qua tres lit:
 Radicales servantur, vel *imperfecta*, in
 qua litera Rad. vel una vel duæ desunt.

(γ) Dantur & *composita* nomina, appellativa
 rariora, propria plurima.

REG. XIV.

DE PUNCTIS RADICALIUM ET SERV.
 IN GENERE.

M.1. Litera serviles præformativæ regulari-
ter accipiunt Schva, pro quo sequente
 immediatè Schva, est chirek, juxta R. 3.
 vel ob gutturalem - aut * juxta Reg. 29.
 30.

Exc. pro chirek (1.) in *Hiphil* (extra præ-
 teritum) sub lit. servilibus est (-) 2. in
Futuris

Futuris Kal, Niphal & Hitbpael servilis præformativaⁿ habet 3. in toto Hophal est - Chatuph, sæpe alternans ()

M. 2. Prima Radicalis post præform. servilem sumit (:) Qvænam vero præterea habeat puncta ex Paradigmatæ Conjugg. Constabit.

M. 3. Litera quævis tam Rad. quam servilis abjecta Vocalem suam (quandoque cognatam) rejicit ad præced. literam, cujus punctum perit.

*SECT. II. exhibens
DISTRIBUTIONEM LITERARUM*

*Servilium & appropriato speciatiim
singularum servilium puncto.*

Litera Serviles vel sunt essentialis voci vel extraessentialis. Essentialis voci sunt, quæ essentialiam vocis derivatæ ingrediuntur; Extraessentialis verò, quæ constitutæ voci superadduntur & quidem vel (1.) otiosè (α) in fine, dictæ Paragogica (β) in medio, dictæ Epenthetica: (2.) negotiosè à principio, dictæ consignificativa, de quibus seqq. Regula.

REG.

REG. XV.

De

LITERIS SERVILIBUS ESSENTIALIBUS.

Literæ serviles essentielles (α) sunt septem, dictæ **המנטה** *Heemantica* (β) vocantur *præformativæ*, si præfigantur voci; *afformativæ* si suffigantur: non tamen confundendæ sunt cum suffixis pronominalibus. (γ) faciunt 1. ex Verbis Nomina. 2. in Nominibus formant Numerum & Genus. 3. in Verbis Tempora & Conjugationes.

REG. XVI.

De

LIT. SERVIL. EXTRAESS. PARAGOGICIS.

Paragogica (otiose voci in fine superadditæ) comprehenduntur voce **אהוינה**. Et quidem

M: 1. **ן** Paragogicum rarius est.

M. 2. **ה** frequentissimum, habet præmissum (**־**) rarius (**־־**) mutatque præcedens **ה** quodvis in **ה**.

De accentu ejus suprâ Reg. 9. M. 2. in Except. Quib9 id apponatur vid. ap. W.

B

Not.

Not. Nominibus Femin appositum non semper est otiosum, sed roborat saepe significationem, & cum Nominibus Loci & Temporis notat in, ad, versus.

M. 3. 1 rarius apponitur Nomini in statu constructo cum Cholem.

M. 4. 1 modò cum Chirek, modo sine eo, vid. W.

M. 5. 2 rarius tertiæ | plur. præter. sæpius Futuris in 1, rarius in 2 terminatis.

M. 6. 1 in Verbis Anomal. defectivis literâ 1 & 2 est quasi formativum infinitivi. Vid. R. 37. & 38.

REG. XVII.

De

LIT. SERV. EPENTHETICIS.

Epenthetica (otiosè in medio superaditæ) comprehenduntur voce 111, de quibus, ut & aliis singularibus in scripturis redundantibus, huc relatis, vide W.

REG. XVIII.

De

LIT. SERV. CONSIGNIFICATIVIS.

Consignificativa (negotiosè in principio præfixæ) certam significationem voci

voci superaddentes, sunt septem מִשְׁרֵי וְכִלְבֵּי & quidem.

M. 1. מ ex מן significat à, ex, de, pro, propter, habetque sub se Chirek parvum sequ. dagesch forti, quod dagesch: è sequ. י Schvato ejicitur unà cum (:), exceptis duobus vid. W.

Sed ante literas indagabiles (gutturales & ר R. 7.) per compensationem habet (..) interdum verò chirek manet sequente gutturali sine compensatione. Conf. R. 7. M. 3.

M. 2. וּ is לְ vel אֲשֶׁר significat qui, quæ, quod, & Conjunctiones ut, quod, quia, quando, habetque sub se segol. sequ. dagesch. rarius patach, bis Schva.

M. 3. ה est triplex (1) Demonstrativum, significans o, i, rò, hinc & Articulare dicitur, item Emphaticum, habetque (a) patach. sequ. dagesch forti, quod dagesch à participiali (exceptis paucis vid. W.) & non habente post se gutturalem exulat sine compensatione (β) sed ante gutturales ט ר (indagabiles) per compensationem habet Kametz; ה vero & ח (nisi sic Chateph-Kamezatum) non compensant per Kamez. Conf. R. 7. (γ) ה ה

B₂

& ע

& V ante Kametzatas non monosyllabas) pro illo Patach & Kametz habent Segol.

(2.) ה Interrogativum habet (-) loco ordinarii Schva, sed ante gutturalem Kametzatam Segol. Alias antegutt. conciditur (-) retinendo vocalem primar. Conf. R. 4.

(3.) ה Vocativum habet patach sequi. dagesch f.

M. 4. ו(1) significat &, interdum sed, ut, praterea, sic, quandoque redundat. (2) punctum eius ordinarium est Schva, sed ante lit. ך ם & ante lit. Schvatam accipit

Not. Quomodo ו etiam ante ך ם aliquando Kametzetur, quando sc. (a) duo copulat Nomina, quorum prius sit cum Accentu seruo &c. nec non ante Infinitivos monosyll. (β) ante Verba monosyll. aut bisyll. penacuta quiescentia mediâ Radicali ו vel defectiva mediâ Radicali geminatâ &c. vid. ap. W. hîc R. 18. p. 55. fin. & R. 10. M. 1. fin. p. 30.

(3) ו quoque datur conversivum (a) Futuri, quod prater copulandi usum mutabat etiam significationem Futuri in signi-

fica-

ficationem Præteriti, habetq; sub se *patach* sequ. *dag. f.* quod *dagesch* è ' *Schvato* perpetuò excidit. Conf. R. 7. Sed ante gutt. & per compensationem habet *Kametz*. (β) *Præteriti*, quod mutat significationem *Præteriti* in *Futuri*, habetque ordinariè *Schva*, nisi sequantur *כקכ* &c. Conf. præced. num. 2.

M. 5. \beth significans sicut, habet ordinarium (:)

M. 6. \beth plerumque *Dativi*, aliq. *Genitivi Possessoris* vel *Autoris* nota, exponitur *ad*, *juxta*, *super*, *contra*, *in*, habetque ordin. *Schva*; sed ante vocem *penac.* & *monoiyll.* nunc *Schva* nunc *Kametz*. Not. interdum \beth redundat.

M. 7. \beth significans *in*, *cum*, *pro*, *propter*, item notans *instrumentum* &c. habet *Schva*. Sed conf. R. 50. M. 1.

M. 8. Lit. \beth præfixæ (1) *Nominibus* & *Participiis*, ordinariè excludunt \beth *demonstrativum*, assumto ejusdem puncto appropriato, præced. M. 3. notato. Quamquam in 20. \beth simul retinetur. vid. W. (2) *Infinitivis Niphal* & *Hipbil*, excludunt \beth *charact.* in 41. locis.

B;

M. 9?

M. 9. Lit. **בְּכֵל** *præfixa infinitivis designant Latinorum Gerundia, habentque sua puncta propria, sigillatim modo indicata. ל̄ ante infin. monos. & dyssyl. penæutos Kametzatur. Tunc vero כ̄ notat dum, quando, cum formatque Gerundium in do. כ̄ postquam, juxta, quando, cum. ל̄ facit Gerund. in dum vel di. כ̄ potius, quam, ne.*

M. 10. Lit. **בְּכֵל** *componuntur etiam quandoque cum particulis expletivis seu syllabicis adjectionibus פִּי יָרִי & סוּ nec non sæpè cum particulis separab. R. 50.*

CAP. III.

De

NOMINE.

REG. XIX.

De

NOMINE, IN QVO NOT. OCTO.

M. 1.

Forma, cujus ratione nomen est vel nudum, solis constans Radicalibus: vel *Heemanticum* seu *auctum* literis servil. essentialibus. Vid. R. 15,

M. 2.

M. 2. *Qualitas*, cujus ratione *Nomen* est vel *Substantivum* vel *Adjectivum*, Quò etiam pertinent *Numeralia*, quæ sunt vel *Cardinalia* vel *Ordinalia*, vide W.

Not. (1) *Cardinalia* à 3. ad 10. sub terminatione *Masculina* sunt *Fœm.* & contra (2) à 3. ad 10. in plurali tot denarios significant, quot unitates denotat cujusque *singulare* &c. (3.) frequens usus est *Numeri Cardin.* pro *ordinali*.

M. 3. *Genus*, quod vel *Masc.* vel *Fem.* vel *Commune*; *Neutrum* plerumque per *Fem.* exprimitur. *cognoscitur* vero *genustum* è *significatione*; Sic *Mascul.* sunt *Nomina naturæ* & *officii Virilis*, *montum* & *similum*. *Fœm.* sunt *Nomina naturæ* & *officii muliebris*, *urbium* & *similium*, ut *membrorum Corporis*, præsertim *geminorum* (quamvis quædam etiam sint *gen. Comm.*) *Communia* sunt *nomina animalium* sub una *term.* utrumque *sexum* notantia: Tum è *terminatione*: Sic (α) *Fœm.* sunt in *genere desinentia* in *æ* vel *ivile*: in *specie* 31. alia, quamvis non habentia dictas *terminationes*, vid. W. (β) *Communia* sunt
B 4. tum

tum è terminatione Fæmin. tum Masculina. vid. W. (γ) *Masculina* sunt reliqua omnia.

M. 4. *Motio Nominis è Masc. in Fæmininum* fit addito ם punctis ob incrementum & accentum descendantem per R. 9. M. 2. *mutatis*. De mutatione illa punctorum agetur R. 46. *Gentilia & Numeralia* in ם moventur addito ם vel ם, dageffatâ ultimâ lit. ם Sic & nonnulla Substantiva moventur.

M. 5. *Comparatio non fit graduum terminationibus*, sed *periphrasi* (α) *Comparativus* per ם vel ם i. e. *præ* (β) *Superlativus* fit vel (1) per *positivi geminationem*: vel (2) per *particulam* ם valde, vel (3) per *constructionem cum alio nomine*, mediante ם (4) per *abstractum* &c.

M. 6. *Casus diversarum terminationum Hebræi non habent*, sed è *coherentia* aut *constructione*, aut *accentuum distinctione* sunt *dijudicandi*: Interdum tamen ם notat *Dativum*, rarius *Genit. possessoris*. ם notat *Accusativum* post *Verbum Activum*, sed *Nominativum* post *pass. & Neutrum*,

M. 7.

M. 8. *Declinatio* (s. flexio in Plur. vel Dualem) est vel *Masculinorum*, vel *Fæminorum*. (De mutandis tunc vocabulis agitur R. 46.) (a) *Masculina* in plur. desinunt in םי. (β) *Fem. & Commun.* in ות, abjectis ה vel ך servilibus unâ cum vocali præced. Ab ות fit plur. יות vel יות. Ab ית fit יות. Exceptis monosyllabis, quæ retinent terminationes ות & ית. (γ) *Dualis* tam *Masc.* quam *Fem. & Comm.* desinit in ים. & assumit tam in absoluto quàm in affixo statu formam & punctationem status affixi singularis. Conf. M. seq. 8. & R. 46. At constructus *Dualis* (de quo seq. M. 8.) assumit puncta constructi pluralis. Conf. R. 46. Singularia vid. ap. W.

Not. Duodecim pluralia terminantur more Chaldaico in ין. Alia 10. irregularia in י, 42. *Mascul.* in ות & 35. *Fæmin. ac Comm.* in ים. 47. simul in ים. & ות, quædam sunt singularia tantum, quædam pluralia tantum, quæ vid. ap. W.

M. 8. *Status*, qui triplex,

B's

(1) Ab:

(1) Absolutus, cum extra constructio-
nem cum alio, aut extra affixionem Nomen
ponitur.

(2) Constructus s. Regiminis, cum
Nomen regit post se aliud Nomen, quod
apud Latinos in Genitivo ponitur. (Ali-
quando etiam status hic occurrit in-
ter Adjectivum & Substantivum.)
Propter hunc statum mutatur $\bar{\eta}$ sing.
in η & Plural $\bar{\omega}$ ut & Dual. $\bar{\omega}$ in ω .

(3) Affixus, dum Nomini suffigitur in
fine vel (a) Pronomen inseparabile,
quod dicitur Affixum (b) litera parago-
gica, de qua Conf. R. 16.

Propter hunc statum in literis absoluti
nulla fit mutatio, nisi quod termin.
Plur. $\bar{\omega}$ & Dual. $\bar{\omega}$ abjiciantur
& $\bar{\eta}$ ex η fin. mutetur in η . Quomo-
do autem propter hos status etiam mu-
tentur puncta seu vocales,
docetur R. 46.

CAP.

CAP. IV.
De
PRONOMINE.

REG. XX.

De

PRONOMINIBUS SEPARATIS ET
AFFIXIS HORUMQUE VARIA-
TIONIBUS.

Pronomina sunt I. Personalia, & hæc
vel (1) Separata, quæ sequ. exhibentur
Schemate:

Singul.

per. 1. Comm.	אני Ego,
2. Masc.	אתה tu,
Fem.	את tu
3. Masc.	הוא ille,
Fem.	היא illa.

Plural.

Per. 1. Comm.	אנחנו Nos,
2. Masc.	אתם vos,
Fem.	אתן vos,
3. Masc.	הם illi,
Fem.	הן illæ,

Neutrum tertiæ personæ exprimitur
per Fem. aliq. per Masc.

Quomodo variant hæc Pronom. vid.
ap. W. (2)

(2) *Affixa, quæ in Nomine referunt Latinorum Pronomina Possessiva; In verbo & particulis eorundem personalia; fiuntque ex præcedd. Pronom. separatis, demtis plerumque eorum capitibus, & ך in ם mutato. Quomodo quidem Numero conveniant cum illo Nomine, cui sunt annexa; genere autem eum illare vel persona, quam affixa innuunt, ex seq. Schem. patebit.*

SCHEMA AFFIXORUM
& quidem

(a) *Affixorum Nominum Singularis Numeri.*

(1) *De persona una.*

Perf. 1. <i>Comm.</i>	ׁ	meus, a.
2. <i>Masc.</i>	ׂ	tuus, a.
<i>Fem.</i>	׃	tuus, a.
3. <i>Masc.</i>	ׄ	ejus, suus, a.
<i>Fem.</i>	ׅ	ejus, suus, a.

(1) *De personis pluribus.*

Perf. 1. <i>Comm.</i>	׆	Noster, a.
2. <i>Masc.</i>	ׇ	vester, a.
<i>Fem.</i>	׈	vester, a.
3. <i>Masc.</i>	׉	eorum, suus, a.
<i>Fem.</i>	׊	eorum, suus, a.

(β) *Affi-*

(β) *Affixorum Nominum Pluralis Num.*

(1.) *De persona una.*

Perf. 1. Comm:	יְ	Mei, æ,
2. Masc.	יְ	tui, æ.
Fem.	יְ	tui, æ.
3. Masc.	יְ	ejus, sui, æ.
Fem.	יְ	ejus, sui, æ.

(2) *De personis pluribus.*

Perf. 1. Comm.	יְ	Nostri, æ.
2. Masc.	יְ	vestri, æ.
Fem.	יְ	vestri, æ.
3. Masc.	יְ	eorum, sui, æ.
Fem.	יְ	earum, sui, æ.

Annot. 1. (a) Nominibus quibusdam certis pro י affigitur הַ. pro הַ, הַ, pro ם, ם, הַ, pro י, הַ. In quibus etiam pro הַ promiscuè adhibetur י mobile. Quibusdam utroq; modo fit affixio (β) In nonnullis pro י est הַ. pro י interdum הַ, interdum נ, pro הַ est הַ, pro י, כִּי, pro ם & הַ, מו, vel מו, pro י הַ & י הַ & י, & י ante aff. interdum excidit &c. vid W.

Annot. 2. Affixa gravia כִּי כִּן הַם הַן (reliqua dicuntur levia) requirunt ante se nomen (cui suffiguntur) in statu constructo, in utroqve numero,

De

De reliqua mutatione punctorum,
propter affixa vide R. 46.

II. Pronomina alia sunt partim De-
monstrativa לְ אֵלֶּיךָ vel cum הַ Parag. אֵלֶּיךָ
hi, illi, hæ, illæ: הִנֵּה hic, iste, הִנֵּה & הִנֵּה hæc
ista, הִנֵּה ille illa: partim Relativum אֲשֶׁר
qui, quæ quod, omnis generis, numeri
personæ & rei. Partim interrogativa מִי
quis? מַה vel מַה? quid? quod habet pa-
tach ante makkaph & Dag, Euph. &c.
vid *W.*

CAP. V.

De

VERBO REGULARI.

REG. XXI.

De

CONJUGATIONIBUS IN GENERE

Conjugationes sunt 4. singulæ habentes
formas Activam & Passivam
præter quartam, quæ Reciproca est. Cu-
juslibet Conjugationis formam & cha-
racteristicam innuit Præteritum ejus,
quod formatur à Præterito primæ Con-
jug. tanquam à communi Radice, per
certos characteres & punctationes.
Characterem verò & *Punctationem* in-
nuunt

nuunt ipsa Conjugationum *Nomina*,
quæ sequuntur, & ex antiquo Paradi-
gmate ^ל_י^ד retinentur.

	I.		II.
Act.	Pass.	Act.	Pass.
<i>Paal.</i>	<i>Niphal.</i>	<i>Piel.</i>	<i>Pual.</i>
<i>f. Kal.</i>			

	III.		IV.
Act.	Pass.	Reciproca.	
	<i>Hiphal, Hophal.</i>	<i>Hitpaet.</i>	

De quibus seorsim & pluribus R. 23. & seqq.
REG. XXII.

De

TEMPORIBUS IN GENERE.

Tempora sunt: *Præteritum, Futurum,*
Imperativus, Infinitivus, & Participium.
In quibus, notetur

M. 1. *Formatio*, quæ fit à Præterito
cujusque Conjug. (soleo hîc faciliorem
formandi rationem vivâ voce certisque
subsidiis ostendere, ita ut tribus lectio-
nibus Auditores non tantùm mutatio-
nis omnium punctorum rationes me-
moriâ tenere, sed easdem ex eadem
etiam una cum Paradigmate reddere
soleant) partim mutando puncta, prout
in

in Paradigmate ostenditur, (quod habet instar Regulæ) partim *praefigendæ* Characteristicam Temporis. Sunt autem Characteristicæ (1.) Imperativi & Infinitivi (excepto Kal, Piel, & Pual) ך (2.) Futuri literæ ך (3.) participii (excepto Kal & Niphal) est ך de quorum punctis confer Reg. 14.

Not. Litera Characteristica Temporis excludit Characteristicam Conjugationis, ejusque assumit punctum.

Hinc in Futuro, Imper. & Infin. Niphal prima Radic. sumit Dagesch forte, compensans exclusum ך Conjug. Characteristicam: Sed in *Hithpael* non tota Characteristica ך excluditur à Characteristica Temporis, sed tantum prima ejus litera ך.

M. 2. Flexio in Numeros, Genera & Personas fit eodem modo in omnibus Conjugg. & quidem

(1) In *præteritis* per literam Characteristicam, & *affirmativas* in quaque persona è Pronominibus Personalibus (Conf. R. 20.) decurtatas, excepta tertia plurali, cujus affirm. est ך.

(2) In

(2.) In *Imperativis* per characteristicam
luam & affirmativas יונה

(3.) In *Futuro* per characteristicas
פון & affirmativas easdem יונה

(4.) In *Participiis* secundū Declinationes
Nominum in utroq; Genere, præmissâ
characteristica, ם extra Kal & Niph.

M. 3. *Significatio* (1.) *Præteriti* inclu-
dit Imperfectum, Perf. & Plusqvamp.
interdum & Præsens. (2.) *Imperativi* est
affirmativa; negativa a. præcepta fiunt
per futurum cum particula prohiben-
di. (3.) *Futuri* includit sæpè Præsens &
Perfectum, imprimis si præcedat Perf.
Frequentissimè etiam Imperat. (4.) *In-*
finitivi sæpè exhibet Gerundia, cū præ-
fixas habet literas ככל Conf. R. 18.
M. 9. Sæpè explicatur ut præcedens aut
seqv. Verbū præteritum &c. Frequen-
ter etiam Nomina scit. (5.) *Participium* ם
Benoni exprimit Præsens Verbi &c.
Vid. W.

REG. XXIII,

De

CONJUG. I. ACT. KAL. I. PAAL.

M. 1. *Character* hujus est carere omni
characteristica, unde & Kal. s. levis di-
gitur,

G

M. 2.

M. 2. *Significatio* est vel Activa seu Transitiva, vel Neutralis.

M. 3. Specialiter (1.) in *Praterito* pro *patacb* tertiæ Rad. interdum est *Tfere* vel *Cholem*. Singularia vid. ap. W. (2.) In *Fut.* & *Imperat.* si 2. vel 3. Rad. sit gutt. aut Verbum sit Neutrum, pro *Cholem* ult. est *Patach*. Singul. vid. ap. W. (3.) *In-*
finitivus & *Particip. Præsens*, interdum sub 1. Rad. habent *Kamez*, Singularia vid. ap. W.

REG. XXIV.

De

CONJ. 1. PASSIVA NIPHAL.

M. 1. *Character* hujus est lit. 3.

M. 2. *Significat* ordinariè passionem ab alio.

M. 3. *Specialiter* 1. in *Praterito* interdum pro *patacb* est *cholem*, (2.) In *Fut.* (a) præformativa & pro *segol* retinet interdum *chirek*. (β) pro *Tfere* sub 2. Rad. frequenter est *patacb*. (3.) In *Infin.* pro *Tfere* sub 2. Rad. interdum est *cholem*. (4.) In *Particip.* pro *Kamez* rarius sub 2. R. est *Tfere* vel *Cholem*.

REG. 25

REG. XXV.

De

CONJ. 2. ACT. PIEL.

M. 1. *Character* ejus est Dageschf. in 2. Rad.

M. 2. *Significatio* plerumque est intensiva & frequentativa.

M. 3. *Specialiter* 1. in *Præt. & Imp. (α)* pro *Isere* est *Patach*. (β) Tria pro *Isere* *Præt.* habent *Segol*. (γ) Quædam ejiciunt *dagesch* charact. compensando illud per *Gholems*. (δ) quædam pro illo *dagesch* unam vel alteram Radicis literam geminant; tertiâ Rad. tunc omiffâ. 2. In *Infin.* interdum redit *Præteriti* forma.

3. In *Particip.* in *□* contrahitur etiam in *□*.

REG. XXVI.

De

CONJ. 2. PASS. PŪAL.

M. 1. *Character* idem qui in *Piel*.

M. 2. *Significatio* Passiva ab alio agente dependens.

M. 3. *Specialiter* in *Præterito* pro *Kybutz* sæpè est *Kametz*. *Ch atuph*, pro *Patach* *Kametz*, interdum quoque hic loco *dagesch* geminantur literæ.

C 2

REG.

REG. XXVII

De

CONJ. 3. HIPHIL & 4. HOPHAL.

M. 1. *Character* utriusque est ך.

M. 2. *Significatio* Hiphil plerumque est translativa actionis vel permissiva &c,

M. 3. *Specialiter* in Hiphil (1) secunda Rad. pro ordinario *Chirek* saepe habet *Tfere*, interdum *patach* sub & ante gutt. Nisi quod (α) Tertia pers, *prateriti* & *particip.* desinant tantum in *Chirek* (β) *Fut.* praefixo ך convers. (vel לך) perpetuo habeat *Tfere* (γ) *Inf.* quoque ordinarie *Tfere* (2) lit. ך a *chirek* saepe excidit. (3) Accentus ad afform, ך ך & ך non descendit. Exc. *particip.* (4) praeform. quævis, extra praeteritū, habent *patach*. Conf. R. 14. Singularia vid. ap. W.

REG. XXVIII.

De

CONJ. 4. HITHPAEL.

M. 1. *Characteres* sunt ך ך & *dagesch* f. in 2. Rad.

M. 2. *significatio* est reciproca, interdum frequentativa.

M. 3

M. 3. *Specialiter* (1.) litera ה in תת
 transponitur, quando verbum incipit
 à ט, ז, ש, mutato insuper ה in ט post
 (2.) ה ex תת ante ט, ז, ש excidit, ita ut
 compensetur per Dag. f. (3) pro *Tere*
 passim hic venit *patacb.* Singularia vid.
 ap. W.

CAP. VI.

De

ANOMALIIS VOCUM IRREGULARIUM,

Oblit. 1. Guttur. 2. Quiesc. 3. Defectivas.

REG. XXIX.

De

ANOM. GUTTURALIUM, INRE- CIPIENDO SCHVA MOBILI.

Litteræ Gutturales עתתת respuunt (:)

simplex: & quidem (1.) Schva mobilino-
 tandæ

M. 1. Ante literam vocali affectam,
 sumunt (*pro illo (:): mob. simplici,*) Schva
 aliquod compositum, quod sibi confor-
 mat (*quoad primum compositionis*
punctum, quod est vel- vel- vel- chatuph)
 accedens ab initio Schva mobile sub

C 3

præ.

præfixalitera servil. extraessentiali, & qvidem.

(1.) - ordinariè & communiter (scil. nulla specialiori conditione vel Regula aliud poscente)

(2.) - (a) sub 1. Rad. N in Imp. & In fin. Kal. (β) sub ה & ח prima Rad. Verborum הַיָּה & חַיָּה. (γ) in 14. Nominibus ab N Rad. & 5, ab ו inchoantibus, quæ vid. ap. W.

(3.) - analogum scilicet cognate vocali qd̄ quo (:) simpl. mobile ortum. Quo pertinent etiam Nomina quædam subgutt. pro (:) mob. simpl. habentia =

Exc. quædam hic - & simul sumunt.

